



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De  
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,  
Commentariorum Libri LVIII**

**Valeriano, Pierio**

**[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678**

Lib. XLVI. Urnæ Nili.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14259**

# JOANNIS PIERII VALERIANI HIEROGLYPHICORUM

LIBER XLVI.

DE URNIS NILI, LUCERNA ET FACIBUS,  
THURIBULO, ET PHIALA, DEMUM  
IGNE, ET AQUIS,

Ex sacris Ægyptiorum Literis.

AD MAGNIFICUM VIRUM BENE-  
AGNELLUM.

**A**NTONIUS AGNELLUS Patruus tuus. Vir magnifice, cum esset olim Venetiis apud clarissimum eruditissimumque Jo. Lascarin, ea tunc in civitate Ludovici Galliarum Regis Oratorem, tanta mihi familiaritate devinctus erat, ut amicitia nulla conjunctior esse posset. quam ea, quam communis studia inter nos conciliaverunt. Incumbebam ego tunc in prima literarum tyrocinia, audiebamque in arte dicendi Prunulum, in Eloquentia Sabellicum, in varia rerum eruditione Georgium Vallam, sed mirissimum Lascarin observabam in primis, in quo magna optimarum artium scientia, summa versutatis investigatio, reconditarumque rerum studium atque cognitio non vulgaris, atque, ut semel dicam, vir erat omni liberali doctrina politissimus. Hunc itaque frequens invisebam, probatissima ejus consuetudine melior in dies evasurus. Quod si Lascarin occupationes distinebant, adveni illic Paternus tuus, opus sine lineâ præterire minime permittebat: semper enim novi aliquid de Musarum penu depremebat nunc Epigrammatum, quæ faciebat, argutias, nunc: Hendecasyllaborum amenitates, nunc hujus vel illius numeris Poemata, in quibus multum inerat leporis & elegantia. In eo vero præcipue conveniebamus, quod ille numismatum antiquorum signis mirifice delectabatur, quorum festivam copiam habebat à Lascarin, quem quicquid in hujusmodi rebus venerandam saperet antiquitatem, id à nobilitate illa sponte conferebatur. Idem propemodum studium ab Urbano patruo meo erat mihi quodammodo hereditarium, quæ cum magnam orbis partem pererrasset, multorumque nosset hominum mores, de peregrinationibus suis, Ægyptiis, Arabicis, Palestinis semper habebat novi aliquid, quod scitu dignum & utile communicari: mecum. Quotidie igitur cum simul esse dabatur Agnellus aliquid habebat, quod super numismatis alicujus gestaminibus aut titulis disputaret. Ego, si quid diceret, quod ad Ægyptiaca faceret hieroglyphica, in eo summo opere delectabar. Quodam vero die tuus hic Patruus imagnunculam quandam ex orichalco protulit, cujus gestus erat, ut corpore reliquo decumbente, caput manu dextera sustineret, cubito ad basin appresso: manu altera aquam ex tribus urnis una tantum ansa conjunctis effunderet: ad hæc puerili minutissimi operis numero sexdecim circumfusi, pueriliter hæc & illac peruniversum corpus lustare videbantur. Super hoc Agnellus, qui argumentum hujusmodi haudquam temere factum arbitrabatur, quid hoc sibi vellet curiosissime percontabatur. Respondi ego, imagnunculam esse Nilum omnem: tres urnas, causas triidem crescenti: puerulos XVI. totidem cubitos, quibus cresceret ad fertilitatem. Vix hæc summatim dictum, & horum omnium rationem reddere parabam, cum assuit tabellarius à Gallis, quo cum literis ad Lascarin ingresso, Agnellus quoque, accersitus est evesigio. Ego digresso domum redii, ac iriduo post Patruum à patruo missi, ubi Leonicum audirem: neque ex eo amplius Agnellum videndi facultas fuit, qui Principi negotiis addictus, statim ipse quoque alio migravit. Tantum id, non multo post tempore, cum diem suum obiisse renunciatum est. Postea vero quam calamitosissimis totius Venetie temporibus Romam me recepi, ubi locupletior mihi copia facta est hujusmodi rerum, quas alibi difficulter inveniebam: ibi vero tum publice cum privatum toto cuncto suggererebatur, incubui alacris in idem studium, quo me semper oblectaverat.

Nisi hieroglyphicum.

*Ἐγὼ δὲ φίλος πλὴν ἀδ' ἀμικοῖς* Commentaria conscripsi, cumq; in Roma media vidissem effodi marmorcum Nili Colossum cum XVI. illis puerulis circum lascivientibus, de quibus in maguncula Patruī tui meminimus, subit statim Agnelli memoria, p' q; hominis mihi suavissimi desiderio lacrymas cobibere non potui, quod a treptam mihi videbam occasione, ne hujusmodi rerum Commentarium ei dedicare possem, qui si fuisset in humanis, nihil illi optatius accidere potuisset, neq; ego quicquam lubentius fecissem. Venit autem in mentem mihi, posse me saltem renovare memoriam ejus, quem unice adhuc colrem, si rem omnem ad te convertere, qui nepos ejus esset, in quo presertim non alienam ab ipsius Patruī genio vigere mentem animadvertissem, videremque, si memoriam ejus apud te suscitarem, id jucundum mihi, tibi vero gratissimum fore, cum hoc à me deponere viderentur integritas, humanitasq; tua dubio procul singularis, & reliquas virtutes tua, quibus apud omnes clarus es & insignis, & quarum ergo coluerim ego te semper & observarim. Habi igitur & antiqua amicitia mee cum Patruo tuo monumentum, & mea erga te observantia, signum, ut ipsemet spero constiteris, manifestum.

DE TRIBUS URNIS. CAP. I.

**B** Fluviorum sane fontiumq; simulachra cum urnis dedicari solita, magis apertum & obvium unicuique est, quam ulla indigeat interpretatione: Cur vero Nilus cum tribus urnis figurari soleat, non otiose querendum est. Nam Aegyptii illi sacerdotes cum incrementum Nili tribus praecipue de causis fieri putarent, reliquis aliorum opinionibus abjectis, quae propemodum essent innumerabiles, quo sententiam ipsi suam perpetuis testarentur monumentis, tres urnas Nilo attribuerunt, cum reliquis fluminibus singulae singulis adhiberentur: ut illud apud Maronem,

*Calataque amnem fundens pater Inachus urna.*

*Nilus cur tribus cum urnis figuratur.*

*En. lib. 7. sub finem.*

Harum vero trium causarum primam illam asserbant: quod tellus ipsa Aegyptia aquam ex se ipsa progigneret, uberrimeque proferret, sui ipsa humoris altrix. Unde Timaeus Mathematicus Nili fontem phialam appellavit, quasi ipse intra se contineret eam aquae vim, neque aliunde mutaretur. Est tamen eodem vocabulo in Nilo locus à figura sic appellatus, quod nihil facit ad Timaei phialam. Phidias inter sculptores celeberrimus, vel ipse rerum peritus, vel ab iis, qui aetate illa peritissimi erant, Cadmonitus, cum Victoriae signum in Marathonē sub Nemeseos velamento coningeret, in dextera ejus statuae phialam exculpit, in qua Aethiopes calati videbantur propter Oceanum, qui Nemeseos pater habitus est: Nilum Oceanum vocari multa veterum dictata monuerunt. Quod vero signat Aegyptus aquas, ex eo, agebant ipsi, facile conjici posse, quod in quovis alio climate fluviorum exundationes circa hyemem plurimum accidunt, nunc imbribus coactis, nunc nivibus liquefactis: sola vero terra Aegyptiaca in medio terrae habitabilis constituta, quemadmodum in oculo pupilla, peculiari quodam aquarum profluvio aetatem mediam: tringat. Alteram Oceano causam adscribere, à quo aquam in Aegyptum exundare incrementi tempore fama est, quae quidem praecipua fuit Euthymeni opinio, Aegyptiorumque in primis sacerdotum, ut Diodorus attestatur, qui rei fidem non aliam faciunt, nisi quod satis sit eorum auctoritas, ut sibi fides adhibeatur, qui rerum scientiam per manus à parentibus traditam, longa annorum serie obtinerent. Juniorum inde diligentia exploratum est, Nilum ab Oceano ex Atlante monte primum emanare, ibique Dyrin appellari: Heptabolum inde lacum stagnare: inde cognomento Nigrin effluere, mox Coloem paludem efficere, inde

**D** Atofobam & Astaboram flumina, donec ad cataraetam perveniens erumpat, ac per Aegypti campos disfluens, Nil demum cognomen accipiat. Tertiam causam imbrium esse dicunt, qui australibus in Aegypti regionibus, Etesis nubila, ut ait etiam Democritus, illo ferentibus ex orbe reliquo, eo maxime effunduntur tempore, quo fertilis aestiva Nilus abundat aqua. Atque uti tradit Eudoxus, Aegyptii sacerdotes imbres eos ibi fieri ob antiperistasin arbitrantur: cum enim aestus nobis est, qui viciniora Cancro loca incolimus, tunc hyems iis, qui Capricorno propinquiora habitant. Addit ad haec Thales, mare in ora agi ultro, Etesiarum ex adverso fluminis flantium repercussu: de quibus ita Lucretius:

*Aut quia sunt astate Aquilones ostia contra  
Anni tempore eo, quo Etesia flabra feruntur,  
D d d d*

*Lib. 6.*

*Et con.*

Et contra fluvium stantes remorantur, & undas  
Cogentes sursum replent, coguntque manere.  
Nam dubio procul hac adverso flabrum feruntur  
Flumine, quæ gelidus ab stellæ axis aguntur.

Tibullus,  
Fertilius  
a fluvio Ni-  
li abundat  
aqua.  
Priscianus.  
Hoc fluvii  
pinguis de-  
scendunt  
flumina  
Nili  
Plin. lib. 7.  
In Ægypto  
fertis po-  
tu Nilus.  
Hinc illud:  
Anima sic-  
ca sapien-  
tissima.  
Puxh En-  
datio : in-  
fantilisque  
ætas ea cre-  
scendi est  
hieroglyphi-  
cum.  
Cujusmodi  
vero ejus  
esset effigies,  
lepida descri-  
ptione Philo-  
stratus indi-  
cavit. Lasci-  
vire enim  
eum cubitu-  
lis ait circum-  
ludentibus  
huic enim  
se ab undis  
attolenti,  
magnitudi-  
nis quippe  
istiusmodi  
pueri ridi-  
bundo ad-  
blandiuntur  
occurfu,  
sexdecim  
numero, quod  
itidem cubi-  
tis ad ferti-  
litatem facit  
extun-  
datio : in-  
fantilisque  
ætas ea cre-  
scendi est  
hieroglyphi-  
cum. Circum-  
sistunt vero  
Nilum hujus-  
modi pueri  
propemodum  
garrientes,  
quorum alii  
humeris in-  
sident, alii  
de cruribus  
pendent im-  
plicati. In  
ulnis alii  
cubitant,  
luscitant  
circa pectus  
alii : ipse  
vero pater  
flos suaveo-  
lentesque  
herbas de  
sinu de-  
promit, &  
in eos spargit  
: ex iis alii  
coronas con-  
textunt, alii  
sefe illis  
obvolvunt,  
stratique  
per flores  
somnum  
captant : si-  
tra quatunt  
alii, alii  
subjicientes  
alteri cui-  
piam humeros,  
scalarum  
vicem officio-  
se subministrant,  
alterique  
alteris catena  
veluti jun-  
cta sustolluntur  
: neque ab-  
sunt, qui  
plausum  
sonitumque  
ab aquis  
excitent,  
aplois manibus.  
Crocodili  
vero & fluviales  
Equi procul  
hinc sum-  
moti, imo se  
condunt  
fluvio, ne  
pueros per-  
terrefaciant,  
& numinis  
sui lusum  
interturbent.  
Hanc speciem  
Philostratus,  
& agriculturæ  
fecunditatem,  
& rei nauticæ  
lucrum, &  
communicatam  
longinquis  
regionibus  
& provinciis  
opulentiam  
significare  
testatur. Sex-  
decim vero  
ponuntur  
cubiti : quia  
si infra xv.  
subfederit  
auctus, bona  
Ægypti pars  
non irrigatur,  
ac perinde  
redditur ad-  
ferendum  
inutilis. Si  
supra sexdecim  
attolatur,  
quanto altius  
inturgescit,  
eo magis  
fames expectatur  
quia diutius  
aquis immoran-  
tibus, ferendi  
præterit  
tempus, neque  
fata possunt  
ad frugem  
maturitatem  
pervenire  
Auctu demum  
intra xv. &  
xvi. consi-  
stente, omnia  
ex voto suc-  
cedunt, se-  
minibus late  
jactis, &  
opportuno  
tempore  
maturatis.

## AGRICULTURA. CAP. II.

Incipit vero crescere Luna nova, quæcumque post Solstitium est, sensim modiceque, Sole Cancrum transeunte: abundantissime autem dum in Leone progreditur, mox residet in Virgine iisdem, quibus accrevit modis. Quanta vero feracitate universam Ægyptum beet alluvione fecunda, multi prodere: unde eum Poetæ modo fertilem, modo pinguem, modo potu scetiferum dicunt, quod animalia, quæ ex eo bibunt, & pinguiora, & obesiora fieri compertum est: quare suum illum Apim tanta cura cultuque nutritum, ex Nilo bibere, quam religiosissime veterunt: siquidem & macilentiam & gracilitatem omni pondere vacuam, divinitati propiorem arbitrantur, ut Plutarchus asseverat. Quinetiam sacerdotes eadem causa plurimo uti jejunio & abstinentia consueffe, Porphyrius attulit, ut eorum copia liberati, eorumque pondere levati, quæ intromittuntur in corpus, animi oculus à fumo fluctuque corporeo foras emicaret, neque commoratione, neque demonstratione jam indigeret, sui compos, vique pollens sua, ob naturalem sui solertiam, otii nesciam.

## NILUS. CAP. III.

ILLud etiam adnotatu dignum, quod simulacra fluminis reliquibus ex lapide candido fieri solita, undarum nitorem exprimerent, Nilo vero ex nigro, ut Paufanias ait: propterea quod ex Æthiopia delabatur:

Usque colometis amnis devehit ab Indis, ait Poeta.

Virg. l. 4.  
Georg.  
Quasi ista  
Indi nobis  
trahentem  
linum, quo  
olim  
Ægyptum.  
Servius.

Et ipse fluvius à nigrore Melanis olim cognomentum habuit. Unde Catullus eum, ait æquora colorare: late enim longeque inficit mare, quia limosus est, & unda turbidior: quare in mare delapsus aquam nactus nitidior, per longa spatia colorem servans exspatiatur. Qui tamen Nili colossus antiquis Romæ à Leone X. in Citriorum specula, ex Pario marmore factus est.

## DE LUCERNA. CAP. IV.

SED ut reliqua prætereamus, quæ plurima Nili super dici possent, ad ignavia jam devenimus, quæ siquidem hieroglyphica multa secum trahunt, quæ tam à lumine, quam ab ignis ipsius natura defumuntur:

A muntur: ea quæ & qualia sint, explicare jam cura fuerit, proindeque lucernam, fidam studiorum vigiliarumque nostrarum comitem, feligamus.

VITA, ANIMUSQUE. CAP. V.

Primum quidem lucernæ significatum est, ut pro vita figuretur, cui oleum ad luminis vivacitatem & colorem simul & corpus extingui necesse est. Inde apud Euripidem plerisque fabulis vitam reli- &uridicunt, χαίρε Φίλων Φῶς. Quam opinionem Plutarchus sequitur, dum lucernam corpori, ani- mæ quippe receptaculo, similem dicit, lumen vero animo. Nam & sacerdotes in captandis auguriis lumine minime cooperto clausove ideo uti soliti, summaque aeris tranquillitate frui, quod animum, qui certi aliquid conijcere velit, tranquillam ab omni ventorum turbine, hoc est, ab impuris affecti- bus liberum esse deceat: ne veluti aves aeris transversæ plerumque vi ventorum aguntur, ita in- terne mundi nostri aves, quippe mentis agitatio solertiaque, & hujusmodi pleraque, errore perple- xo disturbentur,

Verba sunt Polyxena in Iphigenia Euripidu.

ANIMAM SPONTE NON EXTURBANDAM.

CAP. VI.

Hinc illa apud veteres super igne religio, ut eum porro extinguere nefas esset, quem potius per sese languentem deficere sinebant. Tale quid in nobis, veluti per hieroglyphicum indicantes, ne vi animam exturbaremus, nobismetipsis mortem conscientis: animam enim, inquit Plato, nobis custodia creditam tam diu observare debemus, quoad à Principe repetatur, ne si fractis ergastulis, periosissique carceribus effugerimus, divinas leges quotquot sunt, in nos, nullo relicto defensionis loco convertamus.

Veterum super igne religio. Piu omnibus detinendus est animus in custodia corporis. Scip in Sam. Ciceronis.

LIBERORUM PROPAGATIO.

CAP. VII.

Longe vero apertius sexto de Legibus animam lumini comparavit, ubi cives ait oportere liberis generandis atque educandis operam dare, ut vitam, quam ipsi à majoribus accepissent, vicissim, quasi tædas ardentes, posteris tradant. Hunc secutus Lucretius, ubi de animantibus agit, quæ successione propagantur, vita per vices aliis in alia transfusa, hujusmodi hieroglyphico rem oculis subjicere visus est, lib. 2.

Et quasi cursores vim lampada tradant.

De ludo vero lampadum, quem dicunt à Prometheo institutum, legendum apud interpretes Aristophanis, Ranis: apud Platonem lib. 1. de Republ. apud Pausaniam, Atticis: apud Herodotum, Urania: & in Rhetoricis ad Herennium.

Lampadum ludus, qui dicebatur lampadophorium.

HOMO. CAP. VIII.

Eodem argumento Hercules humanas victimas in lumina totidem Saturnalitiis sacris commutavit, impietate oraculi per hunc modum perhumaniter emendata: nam Pelasgos tradit Varro post longos errores pervenisse in Italiam, ibique ex oraculi Dodonæi monitis decumatos homines Diti atque Saturno sacrificasse. Oraculum fuit, ut L. Manius se vidisse dicit super tripode quodam in templo Jovis characteribus:

ΚΑΙ ΚΕΦΑΛΑΣ ΑΙΔΕΙ ΚΑΙ ΤΩ ΠΑΤΡΙ ΠΕΜΠΕΤΕ ΦΩΤΑ,

quod ita Latinum fiet:

Plutoni capita, est hominem sacra mittite patri.

Sedenim Hercules ex Hispania rediens, rei non sacræ, sed execrabilis immanitate offensus, cum Deos hos lumina, non homines sibi deposcere docuisset, quod Φῶς commune utrique nomen, & lumen, & hominem significaret, oraculumque interpretandum:

Plutoni capita, at genitori lumina dentur.

obtinuit ut Diti oscilla, & Saturno lampades dedicarentur, atque ita Saturnalia instituta, in quibus præter sigillaria mos fuit cereos etiam missitare. Sane humanas hostias Saturno immolare multarum

Hæc à Macrobio lib. 1. capit. 7. ad verbum.

Saturnaliorum institutio.

gentium mos fuit, sed immanius apud nullas, quam apud Carthagenenses, qui ut Diodorus tradit, præstantiores ex filiis suis sacrificare consueverant. Caterum cum aliquando exuta feritate humanitatem demum induissent, aliorum filios aut clam surreptos aut emptos, pro suis educare, sacrificioque supponere cœperunt. Evenit vero ut ab Agathocle Sicilia tyranno post Alexandri magni interitum gravissima obsidione premerentur, atque uti mos est in calamitatibus, aut ad Deos, aut ad pietatem, nonnumquam etiam ad superstitionem confugere, suspicari cœperunt, Saturnum iratum, quod honore sacrificii, quod fuisset à patribus institutum, fraudaretur, tot in eos clades immisisse, cumque res palam facta esset, multique inventi essent, qui pro nobilibus & ingenuis sacrificabant, antiquum ritum instaurandum censuerunt, quoque Deos placarent, ducentos ex nobilissimis adolescentibus publice sacrificarunt: quamvis, ut in Porco scripsimus, apud Diodorum, & aliquot alios variatur hic sacrificatorum numerus adusque ecc. Sed hoc parvi refert, historia reliqua concorde. Plutarchus libro de Superstitione, ubi de huiusmodi religione meminit, eos ait qui sine liberis forent pueros à pauperibus in hunc usum emptitasse. Id genus sacrificii tangit Plautus cum dicit: *Faxo ne babulicoris onustus sis Saturni hostia*, Q. Curtius id à Tyriis usque ad urbis excidium servatum tradit D. Augustinus juvenes Saturno sacrificare etiam apud Gallos morem fuisse dicit, Carthagenenses tamen Gelon Sicilia tyrannus legibus adscribere coegit, ut ab infanticidio desisterent, cum eos apud Himeram debellasset, author Plutarchus in Apophthegmatis, quodque alii tradidere immanem hunc morem, Cambyles rex Persarum abolere aggressus, mox & Alexander Macedo, nihil quicquam profecerunt: sed Hadrianus demum sustulit.

## VITA DIVINA. CAP. IX.

*Ignis Vestalium summa religio.*

**A**T Vestalis ignis ille, quem tanta diligentia Romanae virgines nutriebant, sublimiorem divinitatemque vitam præ se ferre videbatur: hunc itaque & custodia, & nutrimento adjuvabant, quod superioris illius vitæ symbolum æternum videretur. Atque inter portenta, ut & Dionysius, & alii referunt, urbis peritura præsagium habeatur, si casu aliquo accidisset eum extingui. Hinc Camillus ad Quirites ait: *Quid de æternis Vestæ ignibus, signaq; quod Imperii pignus custodia ejus templi tenetur, loquar?* & Maro:

*Æn. lib. 3.*

*Æternumque adytis effert penetralibus ignem.*

Cernere est nonnumquam lucernam in basi alienius simulacri: id æternitatem significare, nonnulli interpretantur.

## INSIGNE AUGUSTALE. CAP. X.

**O**btinebat sane primas ignis inter insignia augustalia, ut ex Herodiano conjici potest, ita in Commodo scribente: quod consilium suum ad Marciam retulit, unam è suis concubinis, cui scilicet plurimum deferebat, ac prope uxoris eam loco habebat, sic ut præter ignem omnem honores illi velut Augustæ tribuerentur. Extant quædam Theodosianæ militiæ, & eorum, qui Theodosium aliquot ante annis præcesserunt, monumenta, Provinciarumque, & præfectorum, & Ordinum, & Manipulorum omnium, qui tunc Romano Imperatori parebant, quondam veluti rationario nomina & insignia descripta. In his videas Præfectorum abacos passim cum candelabris superimpositis figuratos, in plerisque etiam ara est in magni procerique tripodis speciem ex ære fabrefacta: quod nimium ad huiusmodi dignitatis participationem referri debet.

## DOCTORES. CAP. XI.

*Matth. 5.*

**I**N Divinis literis sæpe invenias disciplinarum professores, mysteriorumque interpretes, mortumque moderatores, per lucernam intelligi, quam Astartor noster hieroglyphice monet super candelabrum statuendum, ut domesticis omnibus illucescat, discussisque tenebris ad obeunda munera cuique sua lumen subministret. Addit & alibi, non occultandam esse lucem hanc, sed in frequenti quovis hominum coetu proferendam. Quicumque igitur lucem de se daturus est, debet prius omnium vitiorum sordes perpurpare: neque enim unquam charum præstabit lumen feculenta materia. Quod si lux vertatur in tenebras, ut recte Climace sua Scholasticus, tenebræ ipsæ, hoc est, homines illi, qui sacris initiati non sunt, in quantam tenebrarum profunditatem conjecti excrucient, atque hallucinabuntur.

SPLEN.



Atque omnem ornatum flamma crepitante cremari,  
Regalesque accensa comas, accensa coronam  
Insignem gemmis, cum fumida lumine fulvo  
Involve, ac totis Vulcanum spargere cœlis,  
Id vero horrendum, ac visa mirabile ferri,  
Namque fore illustrem fama fatique caneant  
Ipsam, sed populo magnum portendere bellum.

## SIGNA MILITARIA. CAP. XVII.

P. streui  
Auo versue  
arguunt  
gloriam  
una cum  
armis.

Sic Galli  
Sexillum  
Auriflam-  
mam quo-  
dā in pra-  
liu cœlibus  
præferant.

Apud Romanos inter alia militaria signa nonnunquam & flammulas rufas invenio gestari solitas, fuisseque flammam prosperi eventus signum ubique legas: veluti pugna quam Romani cum Sabinis ad Heretum commiserunt, ubi ferunt militares Romanorum hastas ad altam noctem pertinaciter ardere visas, nec, cum omnia consumat flamma, ex iis quicquam esse detritum: quo facti audientiores, veluti Deorum aliquis victoriam pollicitus esset, ubi primum illuxit in Sabinos illati, qui multitudine longe præstabant, insigni eos victoria profligarunt.

## UMBRÆ. CAP. XVIII.

En. lib. 4.

Hinc etiam superstitibus animis umbrarum nomen, quia fumus adhuc vel torri carbonibus pertinaciter inhærescens, diutius vaporat, nutrimento adhuc residuo. Vulgo enim creditur eorum diutius errare animas, qui ante diem violenter occubuerint. Quare ita Dido Maroniana munitur,

— Sequar artis ignibus absens,  
Et cum frigida mors anima seduxerit artus,  
Omnibus umbra loci adero.

## MULIERIS AMOR. CAP. XIX.

Amor in-  
constans.

Apud Onirocritas legere est lucernam ardentem esse mulieris signum. quæ sit amore capta, prople-  
flatus impulsu extingui potest.

## LUCUBRATIO. CAP. XX.

Meminit  
Varro l. 1.  
de ling. Lat.  
Hinc & dicitur  
Lucernam  
olere.

Ignis fidei  
symbolum.  
Demosthe-  
nes scilicet,  
tam quod  
descripto  
diceret, tū  
quod dicitur  
absentius.  
Val etiam  
dicitur sapi-  
do.

Vulgatissimum vero est lucernam pro lucubrationibus ponere, unde Demosthenis illæ ac Aristophanis Grammatici, & Cleanthis lucernæ celebratissimæ, atque illa Epicteti tam frequenter à nostris & à Græcis authoribus decantata, ut nulla apud omnes celebrior, nulla pretiosior habeatur. Sane quidem à Pythea objectum Demostheni quod ejus enthymemata lucernam olerent: quippe quod is nihil ex tempore diceret, sed meditatione & vigiliis singula elucubraret: neque segnis in respondendo Demosthenes, qui non eodem pretio sibi & illi conitare lucernam subjecerit, nocturna scilicet illi convivium exprobrans, quibus ille plus indulgeret, quam Demosthenes studio. Aristophanes quoque nimiam hanc hominis diligentiam incessans, λογογεγῆτον eum appellat, sive quod semper, uti dictum, ex scripto diceret: sive quod, ut nonnulli ajunt, in utriusque partis favorem aliquando scriptitavit. Unde jocus ille apud Aristoph. Irene, de lucernarum fabro, & quod omnia jam consilia sint ad lucernam consultaturi. Sed ut ad lucernam redeamus, Plato cum summi boni, qua poterat cognitionem pervestigaret, id minime explicare posse contendit, sed ex diutino contubernio, tanquam ex dixerat Propheta: *Lucerna pedibus meis lex tua, & lumen semitis meis.* Et, *Signatum est super nos lumen vultus tui, Domine. Et, In lumine tuo videbimus lumen.* Hinc illa Esaiæ celebris adhortatio: *Illuminare Hierusalem, quia venit lumen tuum,* & pleraque hujusmodi de adventu JESU, qui verum & unicum est lumen. Passim vero apud hos ignis fidei symbolum est, lucerna scientiæ, quas in manibus habendas divina institutione commonemur. Et Psalmo 18. illuminandam à Deo lucernam prædicitur, ubi nonnulli interpretes per lucernam, intellectum, per tenebras corpus exponunt. Cædunt vero tenebræ, ubi veræ scientiæ lumen effulserit. Quod vero pro lucubratione lucerna accipitur, in causa sunt nocturnæ vigiliæ, quæ meditationi maxime commodæ sunt, & ad excogitandum propter



A propter silentium aptissima. Unde illud, plus olei, quam vini quosdam absumpsisse, qua de causa Poeta noctem *Ἐφελω*, à meditationis promptitudine vocitant. Epicharmi dictum est, si quid scitu dignum quæras, nocte meditandum: & ut semel dicam, nihil ad studia nocte commodius incongruum lucubrationis symbolum est lucerna, cum præcipue frequens Ægyptiorum mos fuerit, per instrumenta sapius eorum usum significare.

Plat. in Symposiacis. Deca. 7. Addit ad hæc apud Lacedæmonios fuisse *ὑμῶν δὲ σὺ δὲ οὐδὲν, νόστρον μὲν κοινόν, τὸν ἄριστον.* Et Maro Georg. 3. Urlique videndo fixmina. En. lib. 4. Ibidem. Amor cum facibus & alis cur.

DE FACIBUS. CAP. XXI.

Ademus lucernæ faces, utpote quæ in eundem cum lucerna veniant usum: nam & Cicero aliquid se ad ligneum lychnum non sine delectatione scripsisse profitetur.

AMOR. CAP. XXII.

Ægyptii sacerdotes, qui odium per aquas intelligebant, sub hoc tamen nomine mare ipsum accipientes, per ignem amorem exprimi voluerunt, ideoque faces passim Cupidini dedicarunt notum enim illud de amore captis, uri eos intimis medullis. Et apud Maronem: *Regina cæco carpitur igni.* Alibi: *Est mollis flamma medullas.* Atque eadem: *Uratur infelix Dido: Ardet amans Dido.* Cyprius apud Xenophontem, ignem ait urere homines, qui eum tangant: amorem vero non præsentem tantum, verum etiam longe absentes inflammare. Meritoque Porcius Licinius dixit hominem ob amorem non esse ignitum, sed ipsum ignem, cum ait: *Queritis ignem? ite huc: queritis? ignis homo est.* Vulgatum & Iliori dictum authoris Græci de amore loquētis, ea de causa cum facibus & alis amorem pingi solitum: quod nonnunquam cupiditate impatientius exurat, nonnunquam vero præ fatigata abvolet. Nam & Propertius alas illi in hujusmodi usum, traditas arbitratur, ut ejus ostendat instabilitatem, dicens:

*Idem non frustra ventosus addidit alas,  
Fecit & humano corde volare Deum.  
Scilicet alterna quoniam jactamur in unda,  
Nostraque nos ullis permanet aura locis.*

Sed cum amorem firmissimam in se uno tantum posuisse sedem indicare velit, ita subjungit:

*Sed certe pennas perdidit ille suas.  
Evolat is nostro quoniam de pectore nusquam,  
Assiduusq; meo sanguine bella gerit.*

In Opera.

Sed quod ad faces pertinet, Hesiodus cum terram, aquam & aerem genitos posuisset, quarto loco amorem genitum subjecit, per quem interpretes hieroglyphice igneum elementum intelligunt.

AMOR MUTUUS. CAP. XXIII.

Dux faces vinculo confrixtæ divaricatæque, nimirum indicia sunt amoris mutui, quæ Græci *ἀντιθέα* dixerunt, uti *ἀντίθεον πολύφημον* Homerus. Finguntur vero hæ accensa parte sursum versus erecta.

AMATORES MORTUI. CAP. XXIV.

Quæ si pingantur inversæ, amatorum funera indicant, ut in Elegia, qua Tibulli mortem deflet, Naso legere est.

*Ecce puer Veneris fert everfamque pharetram,  
Et fractos arcus, & sine luce faces.*

Sed rem Ægyptiacam, qua ratione quis evasisse de amoris ergastulis indicare possit, in Erycinæ Veneris templo sculptam, idem admonuit n. de Amoris remedio:

*Est prope Collinam templum venerabile portam  
Imposuit templo nomina celsus Eryx.  
Est illic lethæus amor, qui pectora sanat,  
Inq; suas gelidam lampadas addit aquam.  
Illic & juvenes votis obliviosa poscunt,  
Et si qua est duro capti a puella virgo.*

Erycinæ vero Veneris templum non tantum loco hoc ad Erycis filii memoriam respicere videtur, quam

quam verum tacite innuit Græci nominis significatum, hoc est, asserticis, quippe ab ἔργα & ἔργα  
μα, assero, libero, defendo: unde ἔργα, munitio, propugnaculum. Inde etiam Eryci epibethum  
cellus, quod editioribus locis arces olim fieri solita.

NUPTIÆ. CAP. XXV.

Romano-  
rum nuptiis.

**E**Rat & nuptiarum index fax illa, quam prætextatus puer apud Romanos patrimusque  
præferbat, duobus aliis ejusdem ordinis & conditionis nuptam deducentibus. Nocti autem  
prima aut secunda hora ducere mos erat, ominis causa: quod ita optima ac fecundissima eventura  
sibi proponebant: quod nonnulli tradunt in honorem Cereris institutum. In hoc autem sacro et  
superstitio accesserat, ut fax ea ab utriusque amicis raperetur, perfuncto munere, quod ea inceserat  
religio, ne aut uxor eam sub lecto viri ea nocte poneret, aut vir in sepulcro comburendam curaret:  
siquidem utroque mors propinqua alterutrius captari putabatur: Addemus, tametsi παρ' ἑγρον, in-  
stitutum apud Romanos fuisse, ut virgo, cum ad virum trahebatur, de matris gremio, aut alterius,  
quæ proxima necessitudine esset, rapi simularetur: eo scilicet omine, quod ea res feliciter Romulo  
cessisset. Hinc illa apud Catullum:

Hesperè, qui calo lucet crudelior ignis,  
Qui natam possis complexu avellere matris,  
Complexu matris retinentem avellere natam.  
Et juveni ardenti castam donare puellam:  
Quid faciant hostes capta crudelius urbe?

Græcorum  
mos in nu-  
ptiis.

Sed ut ad faciem revertamur, apud Græcos ad id ministerii ancillæ adhibebantur, ut cernere est in  
Herculis Scuto apud Hesiodum: opus enim id antiqui illius esse Apollonius & Stesichorus agno-  
scunt. Ibi novam nuptam plastro vectam videas:

Euripides  
in Troadi-  
bus id tri-  
buit Vul-  
cano.

Ἦλθε δ' αὖτ' αἰθομένην δαΐδων σέλας εἰλύφαζε χερσὶν ἐνὶ θυμῶν.  
Ardentes late spargebant lumina tædæ, Quas manibus famula gestabat.

Hæc est, in  
nuptiis  
mortalium  
Vulcanus  
feri facies.

Quamquam moris etiam invenio apud Græcos fuisse, ut mater nuptiales eas faces prætenderet,  
unde apud Euripidem:

Ἐγὼ δ' ἔπει σοὶ πύρες ἀνήψα Φαῖς  
Νόμιμον ἐν γάμοις, ὡς πέπυ μητρὶ μακαρία.  
Atqui nec ignis prætulit lumentibi,  
Nempe ut beatam in nuptiis leges monent.  
Decere matrem,

Aneas apud Virgilium cum se maritali conjugio devinctum abnegaret, ait:  
Nec conjugis unquam prætendi tædæ.

CERES. CAP. XXVI.

E

etiam Cereris gestamen fax, in ejus enim manu alicubi cernitur, quam ajunt ab ea incensam  
in Ætna, cum filiam perquirere instituisset.

ILITHYIA. CAP. XXVII.

Quinetiam Ilithyæ hieroglyphicum est, cum face in una manu, altera passa & exporrecta, d  
capite ad pedes tenuissimo panno contextum, prout apud Aeginetes fuisse Pausanias memi-  
nit. Fax vero illa, vel partum, ob dolorem ignis violentiæ assimilari ostendit: vel lucis illius quam  
nascens indispiscimur indicium est. Exporrecta discapedinataque manus eo significato ponitur  
quod solvi gravidam partu dicimus. Amictus per se patet.

DE THURIBULO ET PHIALA.

CAP. XXVIII.

Quoniam vero multa super Urna prius & Phiala dicta fuerunt, contrariaque his addita Lucerna,  
& Faces, consentaneum est visum, ut quid utrumque simul junctum significet, videamus.  
Proposita autem sunt pro hieroglyphico Thuribulum & Phiala.

DISCOR-

**S**unt enim qui thuribulum, aut aliquod aliud vas igniarium cum aquario pictum, unde scilicet *πῦρ ὕδα-*  
ignem & aquam in eade participaretur, quippe si ex uno ignis promicaret, in altero aqua desideret, *πῦρ ὕδωρ.*  
discordia signum esse tradant: quod ea natura sint maxime contraria. Unde *Ignem aqua permiscere scilicet.*  
dictum de iis, qui se ea praestituros pollicentur, quae fieri nequaquam possint.

PURITAS. CAP. XXX.

**S**edenim Aegyptii sacerdotes per ignem & aquam, quippe thuribulum & phialam, labes maculae  
deterfas elutasque optime significari volebant: quin etiam ignorationem hallucinationemque  
doctrinae ope summotam, ubi praesertim ita illa officerent, ne quis discernere aut internoscere potis  
esset, ubi veritas latitaret, quod per huiusmodi elementa rerum omnium defecatio peragatur, ac pu-  
ritati suae restituatur, ut qualis sit appareat, aqua enim maculas eluit, quae vero aqua efficere non po-  
test, ignis exequitur, hinc illa apud veteres aliarum quoque gentium appellata *Sufficio*, quotiens qui  
funus profecti fuerant, quod potius haberentur, ignem aqua sparsi superingredi consueverunt, pur-  
gationem scilicet hinc fieri persuasum habentes, & quavis pollutione infectos ita liberari. Unde non-  
nulli per aquas quae super caelos sunt, purificatorias virtutes, ut ait Ambrosius, interpretati sunt. A-  
quas vero super orbem aetheris esse, idem die secunda validissime contendit. Docte autem Catullus  
cum in aqua puritatem hanc intelligeret, dixit, *Aur quilibet, qui puriter lavit dentes*, hoc est, aqua  
sola lavit, unam eam allutionibus aptam non ignarus, humores vero reliquos aut inficere, aut medi-  
camentum esse. Ignis autem, ut nostri veteres tradidere, purgat, aqua expiat, lustratque. Hinc ille  
Plautinus jocus Anulularia.

*Quid impuritate, quamquam Volcano studeas,  
Cana ne causa, aut mercedis gratia.  
Nos nostras ades postulas comburere?*

**E**t apud Lycophronem legas Thetis indignatam se Deam mortali Peleo in matrimonium colloca-  
tam, filios quotquot oriebantur in ignem exurendos conicere solitam: quod ita rebatur mortalita-  
tem exuri, & quod immortale esset perpurgatum conservari, veluti aurum aere confusum ignis ope  
purgatur posteaquam quicquid admixtum erat aeri, in fumum & scoriam verterit. Atque ita sex jam  
filios absumplerat, donec ad Achillem ventum, quem pater superveniens ab igne exemit, Chironi-  
dae curandum commendavit. Sacra vero litera apud nos Deum esse ignem consumentem asserunt,  
igneosque fluvios hunc praecedere: quin & eundem ipsum instar ignis omnia constantis incendere:  
in quo nimirum nequitia intelligitur, quae a Deo consumatur, cum omnis ab eo sit purificatio: nem-  
pe unumquodque opus quale sit probat ignis. Referta autem est natura humana tum plumbo, quo  
animi nostri pergravati ad terram inclinant: tum aliis impuriorebus metallis, quae rubiginem inducunt,  
vel auri & argenti naturam adulterant, ut ait Adamantius: quare divino illo igne opus est, ut quae un-  
dequaque immixta est animi nequitia deleatur. In quam sententiam peccanti populo dictum in sacris  
literis: *Habes carbonem ignis, quibus insidias, hi erunt tibi in auxilium.* Sed nusquam apertius quam in E-  
saiae visione purgatio haec ostenditur, ubi unus de Seraphim a Deo mittitur, qui pruna de alteri incenso  
forcipe apprehensa, Esaiae labra tetigit dicens: *Eccc abstuli iniquitates tuas, & peccata tua circumpurga-*  
vis: labia enim immunda se habere profatus erat, & in medio populi labia immunda habentis habita-  
re. Transfertur nimirum ignis ad thuribulum, per quod in Divinis literis linguam Dominicam intelli-  
gunt, lingua vero ignis, in quo Spiritus. Unde David, *Carbones succensi sunt a Deo*, qui scilicet nos cale-  
faciant ad pietatem, impellantque mentis nostrae impetum ad doctrinam Dei, ut oratio nostra in con-  
spectu ejus tanquam thymiamatis odor ascendat. Aromata enim super ignem imposita, hierogly-  
phice orationem spiritualis doctrinae significant, ut traditum a Theologis ostendit Hierosolymitanus  
Hesychius praecipue vero thus gratiarum actiones & oblationem significat, non solum quia dictum  
est Deo, sed quia, ut Medici dicunt, multas oculorum sanat aegritudines. Quod vero thus, idque  
lucidissimum, super XII. propositionis panibus XXIV. Levitici poni iubetur, LXX. Sal reddiderunt,  
quod Apostolorum doctrinam significaret: illi enim Sal terrae Hebraica tamen lectio *Lebon* habet, hoc  
est, thus. In iisdem Divinis literis mentio fit de carbonibus desolatoriis eos esse dici Eucherius, qui

E e e peccata

peccata dissolvunt: hujusmodique fuisse illum, qui ad labia Esaiæ Prophetæ appressus est, ut quæ is  
contraxerat vitia, perpuraret. Ponuntur etiam pro igne charitatis, aut exemplorum, aut penitentia:  
quamquam de coronibus his aliter in Junipero traditum. Facit ad hunc locum id etiam, quod  
Ezechielem legimus, Deum uti corpus visum, à cujus lumbis vero usq; ad pedes membra omnia igne  
conflagrabant, à lumbis vero usq; ad caput electri species erat, quo nihil magis est hieroglyphicum.  
Nimirum indicat hoc, renes lumbosque, & quæ partes ad terram tendunt exurendas esse: illecebras  
quippe, nequitiam, & voluptarios affectus omnes perpurandos ita enim quæ à renibus superne  
existunt, supraq; mollitudinis & nequitia opera attolluntur, in purissimam electri materiam evadere:  
electrum enim auro pretiosius esse contendunt. Si nostrum igitur corpus Dei corpus esse volumus,  
vitia ejus igne percrememus: eo quippe quem Deus immittit, ut ita fordibus exuti, loti, perpurati-  
que, electri speciem per ea, quæ ad sapientiam pertinent, exhibeamus.

VESTA. CAP. XXXI.

Duplex vero apud veteres erat ignis consideratio, quippe qui materialem hunc nostrum longe  
diversum à superiore illo dicitabant. Eum sane in sublimi positi, Vulcanum appellantes, quibus  
Volicanum dicere voluissent. Vestam vero ajebant domesticum hunc nostrum esse, ut alibi dicitur  
auctore Varrone: quamvis Aegypti translucidum & purum illum ignem Palladè esse volebant, hunc  
vero, qui materia applicitus est, Vulcanum intelligebant. Sed hujus argumenti consideratio examina-  
tur in Vulture locupletius. Quantum autem pertinet ad Vestam, simulacrum ejus strongilati figura,  
obrotunda quidem, & in acutum prominente, quæ circa modios humeros residet, cujusmodi est  
coagmentata figura erræ. Eadem & sedentis habitu statuebatur, & apud Græcos *ἡ ἑστία* ἢ *ἡ ἑστία*  
*ἡ ἑστία*, ἢ *ἡ ἑστία*, quod sedes ponere significat, appellatam ajunt. Sessum vero ad divinitatis perpetui-  
tatem spectare, alibi commodius disserendum est. Quod vero *ἡ ἑστία* ἢ *ἡ ἑστία* dicebamus qui vulgi  
dicta consecrantur, ab ea tradunt ædificationis principium esse. Scriptores enim rerum affirmant ar-  
tes nullas à mortalibus inventas, priusquam ignis repertus esset, quo deprehenso, ejus quilibet cognito  
reliquæ omnes artes inde indies magis ac magis proficere, cum unusquisque ignis commoditate adju-  
tus novi aliquid semper excogitarit, & modo hoc, modo illud opus mortalium usus proposuerit.

NUPTIALIA, VEL PURITAS MARITALIS. CAP. XXXII.

Quod vero purificatione super dicebamus, nonnulli ajunt inde sacris nuptialibus ignem & aquam  
præferri solitam: nam & hujusmodi donaria novæ nuptiæ apponebantur, quæ scilicet uxore pu-  
ram & castam permanere oportere docerent. Qui vero instituti hujusmodi rationem altius rimatus,  
naturæ vicem hinc intelligi interpretantur. Ignem siquidem ajunt actionis vim obtinere, & agendi e-  
lementum esse: aquam vero patiendi. Hinc Philosophi non desuere, qui rerum formas ex aqua per  
admixtionem ignis produci existimarint, atq; ita auspiciatissime ignis & aquæ sacramento nuptia-  
rum fœdera sanciri. Apponebantur vero hæc in limine domus, qua sponsus & sponsa intraturi es-  
sent, ut ea oblata species, memores eos redderet quorsum essent hujusmodi sacris initiati.

ÆRUMNÆ. CAP. XXXIII.

Sedenim Græcus Poeta quidam acerbe nimium rem hujusmodi interpretatus est, cum dixit:  
*Ἐρμύνη, καὶ πῦρ, καὶ γυνή, καὶ θάλασσα*,  
tria quippe accidere mortalibus ærumnosa, mare, ignem, & sceminam. Et Theologi nostri ignem in  
Divinis literis pro ærumnis & calamitatibus quæ probent hominis fortitudinē, poni dicunt, in eam-  
que sententiā dictum autumant Psal. 66. *Ignem nos examinasti, sicut examinatur argentum*, quodque ibi-  
dem est: *Transivimus per ignem & aquam*, calamitates quaquaversum ingruentes, omneq; genus æru-  
mnarū uno impetu effusum intelligi volunt: quasi nihil jam atrocius, neq; miserabilius esse possit, in  
ullo malorum genere, quod exant latum non esset: alterum enim horum atrocissimo cruciatu confi-  
cit, alterum inimicissimo animæ mortis genere suffocat quippe quæ cū ignea sit, nihil indignius pati  
se posse putat, quam per adversarii sui violentiam exturbari. Ita & illud in Evangelio, *Frequentes eū*  
*Et in ignem Et in aquam misit, ut eum perderet*, quod pro periculosis eventis positum ait Eucherius.

NECES-

*Nec tu ali-  
ud Vestam  
quam visā  
intellige  
flammam  
Ovid. lib.  
fast. 6.*

*Ex aqua &  
igni rerum  
forma.*

*Dudum à  
M. Catone  
Censorio u-  
surpatum  
Sic S. D. Pe-  
trum episc.*

NECESSITAS. CAP. XXXIV

A Ed ut ad nuptias revertamur, longe honestius Metellus, qui de uxore ducenda sententiam interrogatus, uxorem esse malum haudquaquam inficiatus est, malum tamen id esse necessarium: *igi- ἀναγκά- tur per ignem & aquam necessitatem interpretabimur, quæ ducere uxores jubet, non tantum ob so- ον κακόν- bolem, quæ præcipua causa est: verum etiam ut sit, quæ domus & familiæ totius cura suscipiat, & quodam veluti gubernaculo administraret ac regat.*

VITA. CAP. XXXV.

U T cumque vero senserint alii, scimus ignem & aquam vitæ prius auspicia dedisse, vitamque quan- diu vitales auras carpinus, conservare. Quis vero ignorat, sine maritali copula brevi periturum esse humanum genus omne, cæterorumque animalium species defuturas? Quare exules, qui vita censentur indigni, aqua & igni privabantur. Sane Poetæ cum fingunt Saturnum amputasse geni- talia patri Cælo, eaque in mare abjecisse, indeque natam Venerem, id significare volunt, igneum se- men admixtum cum humore, generationis fuisse principium,

*Conjugii necessitas. Quia bu- mido Scat- lido constat humana natura & vita.*

CONJUGII COMMODA. CAP. XXXVI.

N ON absurde etiam voluptatem & usum, quæ soleant ex uxoria consuetudine, unanimiq; con- cordia percipi, qualem Homerus mirifice commendat: per hujusmodi ignis & aquæ fercula in- terpretabimur, cum nihil ferat in rerum natura igne jucundius, nihil utilius aqua, quæ sola ex re- bus omnibus necessitatibus innumeris opem affert, quare aquam Pindarus *Optimam*, Aristotele et- iam comprobante, nuncupavit, igneum etiam ardorem auri pari elogio profecutus.

MAJORIS LUMINIS VIOLENTIA. CAP. XXXVII.

E T ne longius à Pindaro recedamus, argumentum is pulcherrimo hieroglyphico subministravit, ode Olympiorum prima, ubi fulgorem ignis celebraturus inquit, *αἰθολυπρον πῦρ ἀπὸ Νεφέρας* *vixit*: non ignarus scilicet, ignem soli expositum amittere omnem splendoris gratiam, quæ noctu suam habet commendationem. Elegantiâ igitur ingenia virtutem cujuspiam præstantioris alicujus *C* intervntu obnubilatam, labefactatamve, significare cum vellent, ignem Soli expositum, pingere co- gitarunt: siquid in ignis splendor, ut palam est, Soli expositus, vim amittit suam, noctu vero præ- valet, & ut in suo regno pervigescit. Atque hoc est quod Pindarus ait, *Νεφέρας vixit*.

NUMEN. CAP. XXXVIII.

C UM tot igitur sint ex igne utilitates, totque magnarum & admirabilium rerum similitudines *Perfarum* habeat, non immerito à Persis in primis, & Sacer, & Aternus vocabatur, quem quacumque rex exercitum duceret, magni numinis instar argentels altaribus impositum præferebant. Super hoc *super igne religio, & Lyciorum.* Maximus Tyrius: *Perse diarium ignem adorant, nimirum divinitatis signum, insatiabilem, voracè.* Huic cum sacrificant, illi alimentum præbentes his verbis utuntur: *Ede, ignis domine.* Neq; Perfarum tantum est ignem colere, ut idem Tyrius refert, sed Lyciorum etiam, apud quos Olympus ignem emittit, hunc sacrum habent. Ferunt autem ignis, quo Zoroaster conflagravit, reliquias tanquam ignis divini à

*D* hinc apud eos ignis cultum habuisse principium. Fuit vero Zoroaster is, ut à veteribus accepimus, *Zoroaster* Chamis filius, Mezraim nomine, qui Magia per manus à patre accepta, signa quædam, veluti Stella- rum scintillas de cælo deducere, & alia hujusmodi ostentare solitus, divinitatis sibi nomen aserebat, donec fulmine tandem ictus interit: mortaliem tamen impericia, qui tunc erant, ita raptum eum fulmine & cælo illatum credidit. mutatoque nomine Zoroastrum, quasi vivum astrum appellavit, subsecutaque deinde ætas omnia quæ fulmine tacta essent sacra existimavit. Sane Orpheus, à quo no- stem alibi diximus Luminis parentem appellatam, athera *πύρρον* vocat, quippe igneum spiracu- lum. Euripides autem *Vides excelsum qui illum infinitum atherem, & terram unde quæq; circumplectitur* *Macro, Sa- humeniibus ulnis, hunc crede Jovè, hunc arbitrare Deum. Quem secutus Ennius: Aspice, inquit, hoc sublimetur. l. i. c. 15. scandens, quem invocant omnes Jovè.* Veteres hunc Diespitrem, & Lucetium dixere. Græci *Ζῶα*, à *Ζῶ* quod

Eeee 2 quod

Romani  
quid in Lu-  
cetium à  
luce, Sali  
Sidelicet,  
Dispretem  
quasi à lei  
patrem ut  
& Cretenfes,  
Nō rlu  
nūēgāi.  
Macrob. i.  
bidem.  
Ad verbum  
à Platarcho  
in libello  
cui titulum  
fecit.  
τὸ πρῶ-  
τον οὐχὶ  
Juramentū  
in Livonia  
obseruatum

quod vivere est. Unde Joan. *Vim erat.* Plato Cratylo *Ἄσθ* dum vocat, transfert ad præpositionis vim, A  
ut Joannes idem: *Per quem omnia facta sunt.* De splendore vero: *Et erat facies ejus sicut Sol:* ut apud  
Malachiam: *Orietur vobis timentibus Sol justitia.* Sed quæ plurima pertinent ad Solis hieroglyphi-  
cum, cum ea commodiore loco plenius dicta sint, in cœlestium corporum commentario, breviter  
hæc tacta sufficiant. Quam vero attonita propemodum veneratione apud Persas colebatur ignis,  
ex eo manifestum est, quod gravissimus apud eos mos supplicandi fuit, cum quis igne in manus ac-  
cepto supplicium interminabatur, eum se in aquam injecturum, si voto excidisset: non esse illi fas duce-  
bant eum rejicere, qui sic preces allegasset. Sedenim ut imprudentia nonnullorum modus impo-  
neretur, neque ulli violandi ignis occasio permitteretur, lege sanxerunt, ut qui eo supplicandi ge-  
nere usus esset, supplicio multaretur. Author Plutarchus.

TENTAMENTUM. CAP. XXXIX.

Fuit & apud quosdam è nostris populos, juramenti atque judicii species super ferro candenti, su-  
perstitiose potius quam pie per aditum templi, in Livonia præsertim observata. Nam sceleris  
alicujus accusati, ad ferri candentis judicium vocabantur, & id subire nonnumquam vel invidia  
compellebantur. Id erat ejusmodi, ut criminis reus ferrum candens, è mediis prunis exemptum, in  
manus caperet accusatoribusque & judicibus ostentaret, sique adustione nulla subsecuta illi ætas ef-  
set, abfolveretur: Si autem vim eam pati non posset, objecti criminis ita convictus, damnaretur. Purg-  
abant vero se prius jejuniis, confessione, & Eucharistia: mox ad horrificum illud experimentum ac-  
cedebant: id, quia periculosum erat, & insontes aliquando ex eo condemnabantur, præcipue vero  
contra Christianæ pietatis mores erat, Deusque tentari videbatur, Honorio III. fieri per gra vissi-  
mum edictum vetuit, ut Decretalium lib. 5. tit. 36. de injuriis, c. 3. habetur.

Fuit & apud quosdam è nostris populos, juramenti atque judicii species super ferro candenti, su-  
perstitiose potius quam pie per aditum templi, in Livonia præsertim observata. Nam sceleris  
alicujus accusati, ad ferri candentis judicium vocabantur, & id subire nonnumquam vel invidia  
compellebantur. Id erat ejusmodi, ut criminis reus ferrum candens, è mediis prunis exemptum, in  
manus caperet accusatoribusque & judicibus ostentaret, sique adustione nulla subsecuta illi ætas ef-  
set, abfolveretur: Si autem vim eam pati non posset, objecti criminis ita convictus, damnaretur. Purg-  
abant vero se prius jejuniis, confessione, & Eucharistia: mox ad horrificum illud experimentum ac-  
cedebant: id, quia periculosum erat, & insontes aliquando ex eo condemnabantur, præcipue vero  
contra Christianæ pietatis mores erat, Deusque tentari videbatur, Honorio III. fieri per gra vissi-  
mum edictum vetuit, ut Decretalium lib. 5. tit. 36. de injuriis, c. 3. habetur.

DE FUMO. CAP. XL.

AC, ne fumum etiam prætereamus, postquam super igne multa diximus, quod fumi significatum  
esset, jam aperiemus.

IGNIS. CAP. XII.

Ortus à terra fumus, & in cœlum se attolens, ignem, ait Horus, significare perhibetur. Porro i-  
gnis Aristoteli nihil aliud est, quam fumus incensus, & apud Homerum totiens fumus expeti-  
tur, unde ignem ac mox habitabilem esse regionem conijcere detur. Eo vero hieroglyphicum fumi  
tendere videtur, ut suspicionem aliquam non temere abortam esse intelligamus. Nam cum rumor  
aliquis in vulgus emanat, dici solet, *Abiq, igne fumum nullum oboriri.* Et Petrus apud Clementem *Fieri*  
*minime potest,* inquit, *ut confurgat fumus ubi non sit ignis.* Quinetiã ubi Pindarus. Nemeis inquit, *ὄσμι*  
*κατὰ τὸν ὄλεθρον ὄννορ,* certet aquam apposuisse fumo: fumum, ait interpres, pro igne posuit, ex sequela  
scilicet signum quod præcedit indicans. Et Psalmo 17. legas, *fumum ascendisse in ira Dei,* & vestigio  
ignem exarsisse, ubi quidam ajunt interpretes, in vœtum quidem primo in Dæmonis pervicacia com-  
primenda, mox ad vitia reliqua extirpanda aggressum. Alii fumum hoc loco initia futuræ compun-  
ctionis intelligi volunt, & ita sentit Eucherius, quod ad Ægyptiacum accedit hieroglyphicum: quam-  
quam & Dei comminationes significare posse non inficiatur. Nam, ut etiam apud Plautum, *flamma à fu-*  
*mo est proxima.* Quæ omnia nostri multo ante literarum monumentis mandaverat. Sic Ecclesiastici 22.  
legas: *Vaporem fumumq, emanare in altum ante ignem,* ita & contumelias & minas sanguinis esse  
pravias.

Ortus à terra fumus, & in cœlum se attolens, ignem, ait Horus, significare perhibetur. Porro i-  
gnis Aristoteli nihil aliud est, quam fumus incensus, & apud Homerum totiens fumus expeti-  
tur, unde ignem ac mox habitabilem esse regionem conijcere detur. Eo vero hieroglyphicum fumi  
tendere videtur, ut suspicionem aliquam non temere abortam esse intelligamus. Nam cum rumor  
aliquis in vulgus emanat, dici solet, *Abiq, igne fumum nullum oboriri.* Et Petrus apud Clementem *Fieri*  
*minime potest,* inquit, *ut confurgat fumus ubi non sit ignis.* Quinetiã ubi Pindarus. Nemeis inquit, *ὄσμι*  
*κατὰ τὸν ὄλεθρον ὄννορ,* certet aquam apposuisse fumo: fumum, ait interpres, pro igne posuit, ex sequela  
scilicet signum quod præcedit indicans. Et Psalmo 17. legas, *fumum ascendisse in ira Dei,* & vestigio  
ignem exarsisse, ubi quidam ajunt interpretes, in vœtum quidem primo in Dæmonis pervicacia com-  
primenda, mox ad vitia reliqua extirpanda aggressum. Alii fumum hoc loco initia futuræ compun-  
ctionis intelligi volunt, & ita sentit Eucherius, quod ad Ægyptiacum accedit hieroglyphicum: quam-  
quam & Dei comminationes significare posse non inficiatur. Nam, ut etiam apud Plautum, *flamma à fu-*  
*mo est proxima.* Quæ omnia nostri multo ante literarum monumentis mandaverat. Sic Ecclesiastici 22.  
legas: *Vaporem fumumq, emanare in altum ante ignem,* ita & contumelias & minas sanguinis esse  
pravias.

PERDITIO. CAP. XLII.

Perditionem multi per fumum intellexere, & mos est, opes divitiisque magnas, Regna, & unam-  
quamque rerum amplitudinem. In fumum abiisse dicuntur, cum ita consumpta fuerint, aut ita col-  
lapsa detecerint, ut ne vestigium quidem pristinæ majestatis relinquatur. Jocatur in hanc sententiam  
Horatius, ubi Mennium paternorum maternorumque bonorum abliguritorem omnia in fumum ac-  
cinerem vertisse dicit. Ad hoc succurrit Demonaëus Philosophorum omnium testivissimi dictum,  
qui à quodam interrogatus eludendi causa, ut pleriq, literatos ita tentare solent, quot fumi minæ ex  
mille

Perditionem multi per fumum intellexere, & mos est, opes divitiisque magnas, Regna, & unam-  
quamque rerum amplitudinem. In fumum abiisse dicuntur, cum ita consumpta fuerint, aut ita col-  
lapsa detecerint, ut ne vestigium quidem pristinæ majestatis relinquatur. Jocatur in hanc sententiam  
Horatius, ubi Mennium paternorum maternorumque bonorum abliguritorem omnia in fumum ac-  
cinerem vertisse dicit. Ad hoc succurrit Demonaëus Philosophorum omnium testivissimi dictum,  
qui à quodam interrogatus eludendi causa, ut pleriq, literatos ita tentare solent, quot fumi minæ ex  
mille

A mille Ignorum minis combustis educi possent: Cineres expendendos esse, respondit, reliquum in fumo abuisse, quod ea ratione supputatur, qua Archimedes detractum fraude aurum a Redemptore ex votiva Hieronis corona apprehendit, de qua late apud Vitruvium. Quod vero ait Hesiod. *οὐχ ἔταυ.*

*Αἴψα ἢ πρὸ δαίσιον ἰδὸν ὕπνῃ καπνὸν καταβέβαιο.*  
*Quamprimum fumo properes clavum imposuisse.*

praclari admodum interpretes, Posteaquam combusseris, exponunt: utpote qui nolit fratrem ulterius rei maritimae dare operam, sed solum exercere agricolationem.

SOLICITUDINES. CAP. XLIII.

Sunt tamen qui loco hoc Hesiodiano philosophari malint, & pro Fumo, vitae nostrae sollicitudines accipiant, quae intellectum ac rationem ipsam obtenebrant. Difficiliter enim posse nos pura sensum claritate, hoc est, tranquillitate frui, ubi illa ingruerint quae mentis oculos lancinent & excutire faciant.

ONA VOLUNTAS PER ERROREM OFFUSCATA. CAP. XLIV.

Sunt qui per fumum bonam proficiendi voluntatem, quae tamen sit erroris tenebris offuscata, interpretentur: cui si fomes adhibeatur, hoc est, si recta accedat institutio, statuque verborum adjuvetur, ignem promicaturum, hoc est rectorum operum effigiem apparituram. Hinc Esaias, lignum, a quo vel tenuis admodum fumus exhalet, minime extingui debere praecipit: ubi fumus, tantilla illius pietatis quae sit in delizioso divite signum esse videtur: quam sententiam acutissimus etiam Scotus claro fretus lumine cognovit.

IMPERITIA. CAP. XLV.

Sane fumus etiam imperitiae symbolum, cum lumen sit doctrinae signum, cujus contrarium est caligo ipsa: unde caligare errantes dicimus: fumus vero est, qui caliginem inducit. Transfertur *Vitia fumo* & ad vitia, ut Alexandrinus Clemens: *Vitia*, ait, *veluti fumum immensum esse*, qui universam mundi *quis im-* huius domum repleverit, atque hanc institutionem malam, sodalitates pessimas, consuetudinem *mensus.* improbam, colloquia prava, opiniones haudquaquam rectas invexisse: unde primum error, inde contemptus, tum infidelitas, atque militia, parataque semper ad nocendum versutia, avaritia, vana jactantia, atque alia hujusmodi exoriantur.